

clia Imperii incluta Sedes. Gothofridus Viterbiensis in chron. part. 17. de Episcopo, ibi:

Inle Moguntina patria remeavit ad oras Regia Francorum qua tunc erat incluta sedes.

Tandem S. Bonificii temporibus Germanix primatum confecta est ut memoria addidit Marianus Scotus in Pipino, ibi: Pipinus in ecclesia Suevorum a S. Bonifacio Archiepiscopo in Regem unctus, Regni honore sublimatus est, & deinde ob id post Paganum secundum habuit Moguntinus Archiepiscopus usque in hodiernam diem, Mariano suffragatur V. Villibaldus auctor vitæ S. Bonificii, c. 44. Moguntinam Archiepiscopatum, qui prius alteri subiecta erat, Metropolitani omnium in Germania postquam Ecclesiarum essent, mox Legatione facta, illud a Præfule Apostolice Imperatoris. Idem etiam referunt Surius die 5. Junii, Petrus Kratopolitanus in catalogo Præfulem Ecclesie. Plura de hac Metropoli adducunt Philippus Berterius diatriba 2. fol. 213. Hallicus de hierarch. iustit. l. 4. c. 24. fol. 644. Huius Ecclesie Canonice missa est præfens decrallie, & eius Præfibus textus c. 2. de transit. Episcopi. In hac epistola, quam se habere MS. testatur Franço Flores, sequuntur hæc verba: Nobilium virorum Philippum Ducem Suevicæ memoratis, ut se præfidi Archiepiscopo non opponat, & quoniam Moguntinam Ecclesiam, tam in spiritibus, quam in temporalibus salubriter valeat gubernare. b. c. Moguntina. Conrado videlicet, Comite de Vitebach, fratre Othonis, qui eo quod Octavianum Cardinalem tituli S. Cæcilie notiam referunt pro R. Pontifice, Romam properavit, & in eius locum successit fuit Sabinensis Episcopus: quo defuncto Christianus Comes de Buche electus fuit; & cum sedisset per 18. annos, decessit anno 1172, & tunc rediit e Roma Conradus iam Episcopus Sabinensis, qui suum Archiepiscopatum gubernavit 16. annis. Unde intelliguntur verba, quæ sequuntur in nostro textu, ibi: Moguntinam Archiepiscopatum. Ludolphum videlicet, qui electus fuit ab una te Capitulo Moguntini. d. e. Siffidum, qui secundus Præfule fuit Ecclesie Moguntinae. e. Procurator. Clericum in causa hæc Ecclesie posse constituere procuratorem, iam supra notavi. f. Præfensio. Guidone videlicet, de cuius legatione egiit textu antecedenti. g. Spoliatus. Cap. Episc. 22. qu. 1. c. quanto, de translat. Episcopi.

C A P U T XXIV.

Idem Clericis Sanctæ a Agathe.

Querelam dilecti filii G. tit. b. S. Vitalis, nunc Presbyteri, tunc S. Mariz in Acquirio Diaconi Cardinalis, quam e œconomus Ecclesie vestre, cuius idem Cardinalis est gubernator, contra P. nunc Presbyterum, tunc vero Diaconum, super Ecclesia Sancti Salvatoris, d. qua dicitur de Cornuti, coram bona mem. prædecessore nostro proposuit, ipse nobis in minori officio e constitutus audiendam, & examinandam commisit. Petebat igitur idem œconomus, ut præfatus Petrus ab Ecclesia S. Salvatoris, quam in præiudicium Ecclesie vestre, ac injuriam Cardinalis prædicti præsumperat occupare, removeretur; cum ipsa Ecclesia Sancti Salvatoris f. plebano iure pertineat ad Ecclesiam Sanctæ Agathe; petens etiam pensionem xvi. denariorum & Papiensis monete, debitam Ecclesie Sanctæ Agathe pro Ecclesia S. Salvatoris, & b. Thernis, sibi restitui de novo substractam. Prædictus vero P. clericus respondit, quod ipse nullam injuriam irrogaverat Cardinali, nec in præiudicium Ecclesie Sanctæ Agathe acceperat Ecclesiam S. Salvatoris; cum hæc ad illum nullo iure pertineat; nec aliquam illi debebat reddere pensionem; sed ipse per electionem populi, quæ de antiqua consuetudine ei pertinet, ad eandem A. Cardinalem S. Suffanzæ præfatus, cui eadem Ecclesia S. Salvatoris, tanquam Capella suo titulo in spiritualibus est subiecta, canonicè fuerat institutus. Cumque ad suam assertionem probandam utraq; pars testes multos produxisset, nos illos recepimus, & examinavimus diligenter, quorum depositionibus publicatis disputationem avidimus super illis: sed nequam huiusmodi controversia finem accipere potuisset, præfatus prædecessor noster debitum carnis exsolvit. Demum vero a nobis utraq; pars cum instantia postulavit, ut causam ipsam decidere dignaremur. Nos igitur attestantibus ac instrumentis utriusque partis diligenter auditis, & plenius intellectis, habito fratrum nostrorum consilio, prædictum Presbyterum ab impetitione œconomi i vestri super electione, ac institutione de se facta in Ecclesia S. Salvatoris absolvimus, & super his præfato œconomo silentium duximus imponendum. Cumque per testes idoneos nobis confiteretur evidentem, quod populus quasi in k possessione præfentandi clericum ad illam existeret, quando prædictum clericum ad illam elegit; & eadem Ecclesia spectat ad titulum S. Suffanzæ in spiritualibus pleno iure, salva questione super iurepatronatus inter Ecclesiam vestram, & populum Sancti Salvatoris; quia per testes omnes exceptiones maiores fuit liquido comprobata, quod pensio xvi. denariorum dicte Papiensis monete fuit Clericis Ecclesie vestre pro Ecclesia S. Salvatoris, ac Thernis annuatim per multa m tempora persoluta, sed de novo subtracta, nos in eundem statum præcipiendi huiusmodi de Ecclesia S. Salvatoris, & Thernis Ecclesiam vestram decrevimus reducendam; & ad solutionem pensionis substractæ condemnavimus Presbyterum antedictum, salva questione n proprietatis inter Ecclesiam memoratas.

N O T A.

a Agathe. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. cap. 9. ex qua textum transcribo. Duplex Ecclesia Romæ dicata est S. Agathe, alia quæ in titulum Cardinalis S. Agathe erecta est, alia trans Tyberim, juxta Ecclesiam S. Chrylogoni, quæ dicata fuit a Gregorio III. anno 731. hodieque est collegialis Patrum Congregationis Doctrinæ Christianæ, ut refert Munnoz de rebus memor. Romæ, pag. 55. b S. Vitalis. Presbyter Cardinalis, qui habebat titulum ab Ecclesia S. Vitalis, quam reparavit Sixtus IV. sed Clemens VIII. eam abilitat, concessitque Patribus Societatis Jesu.

c Œconomus. De eius officio agimus in c. cum vos, de officio Ordinarii. d Quo dicitur de Cornuti. Existimo legendum esse, de Curia: Ecclesia enim S. Salvatoris, vulgo de la Corte, est juxta Ecclesiam S. Agathe; de qua in nostro textu agitur Munnoz ubi supra pag. 55. e Officio constitutus. Erat enim Innocentius temporibus Celestini III. Presbyter Cardinalis, ut dixi in cap. cum inter, 16. hoc tit. f Plebano iure. Idem Parochiali: parochi enim dicuntur Plebani; & parochia Plebana, ut dicemus in titulo de Parochiis, & notavit Pilefacus in tract. de orig. Parochiarum. Cum Eccle-

Ecclesia S. Agathe esset Parochia, intendebat sibi subiectam esse Ecclesiam S. Salvatoris de la Corte. g Papiensis. Quorum quilibet valet tres Lucentes: hæc moneta in ulu erat Romæ, & Mediolani. h De Thernis. Thernæ apud Romanos dicebantur adificia magna habentia cryptas, ubi balnea frequentabantur, & fumeabant. De his thernis, tam publicis, quam privatis, plura adducunt Munnoz in antiquitat. Romæ, c. 26. Demosthenes ad Rostium lib. 1. c. 14. Panciola lib. 1. variat. c. 50. c. 52. Saluinius ad ipsam lib. 1. memort. tit. 28. Chockier in face histor. cap. 5. Narbona anno 14. qu. 39. Savarus ad Siderium lib. 2. epist. 2. Casubon, in Spartianum, fol. 54. Serlogus c. 2. in Cantica, vestigat, 30. sed. unica. i Electio. His verbis docti videtur, iurpatronatus longa possessione acquiri posse, quod & suadet ex c. cura, de iurepatronatus, & docuerunt Covar. in regula Possessor, 2. par. 5. 10. num. 2. Fachineus lib. 8. contrav. cap. 24. Phebo Aedificatio 213. Sed contrarium sententiam docuerunt Lambertinus, & alii, quos sequitur Balboa in cap. ad avarum, num. 34. de prescript. pro casus difficultatis solutione diximur est constituendum inter casum, in quo laicus intendit prescribere acquirere iurpatronatus contra patronum liberam; & casum, in quo intendit prescribere contra patronum laicum. Primo casu non potest prescribere, nisi per spatium quadraginta annorum, accedente bona fide, & iusto titulo, argumento textus in c. 1. de prescriptioib. lib. 6. Secundo vero casu, cum prescriptio procedat non contra Ecclesiam liberam, sed contra patronum, tempus ordinarium sufficit, ut docet Balboa in dict. cap. causam, numer. 34. Nec contrarium probat prescriptio, qui procedit in consuetudine, non vero in prescriptio; quo modo etiam accipiendus est textus in cap. generali, hoc tit. in 6. neque etiam textus in dict. c. cura, ad versatur, quem ut exponat post Lambertinum Balboa in dict. cap. causam, num. 37. asserit in ejus specie non agi de laico acquirente iurpatronatus virtute prescriptiois; sed de clerico, qui cum titulo invalido intendebat beneficium Ecclesiasticum acquirere: sed ea sententia omnia, veram ipsius textus interpretationem in ejus commentario alligabimus. j Œconomus. Licet enim iure civili attentato, ut sententia legitime profertur domino abente, debeat proferri in procuratorem; qui per litem constellationem dominus factus est, 1. penultima, ff. iudicat. solvi, lib. 1. C. de sent. & inter. iure tamen nostro canonico, vel in personam domini, aut procuratoris potest proferri. Abbas in præfenti, Valtreus de iudicis lib. 3. c. 11. num. 20. k Quasi in possessione. Recta cum proprietate; nam incorporata, ut sunt jura, tangi, neque apprehendi possunt, principio Instit. de rebus corpor. Lucretius lib. 1. ibi: Tangere autem, aut tangi nisi corpus nulla potest res. Unde cum possessio sit rei detentio, & factam contineat, in rebus incorporalibus non datur vera possessio, l. 3. in princ. ff. de acquirenda poss. leg. si adeo 32. ff. de servit. urb. l. 4. §. si viam, ff. de usur. datur tamen in illis quasi possessio, l. ult. ff. de servit. quæ per usum, & adversarij patientiam acquirunt, l. 3. §. dare, ff. de usufructu, l. si ego 111. §. ff. de publiciana: docent Olvaldus l. 20. comment. Donelli, c. 1. littera, F; Valentia tom. 2. illud. tr. 2. c. 2. in fine. l Pleno iure. Cardinales enim in Ecclesiis, ubi titulum habent, & in capellis illis subiectis obtinent omnimodam iurisdictionem, cap. his, de majori, c. obed. Habent etiam jus conferendi omnia beneficia vacantia in prædictis Ecclesiis, absque eo quod talis collatio subiacatur dispositioni Bonificii VIII. de qua in c. qualiter, in principio, hoc tit. lib. 6. nec regulæ secundæ Cancellariæ, ut docent Ludovicus Gomez in regula de rionotali, q. 31. Plaminus Parisius de resign. lib. 7. q. 11. Coelius in notitia Carl. c. 15. privilegio 14. m Per multa tempora. Ex iterata enim solutione præfatur sentus constitutus, ita ut in futurum debeat; & qui per triennium exegit pensionem, seu redditus census, habet jus eos exigendi in futurum, l. cura de in rem vers. 6. ff. de usuria leg. creditur 7. Cod. eod. tit. leg. 1. Cod. de usur. pro merito. Gilianus in dicta leg. 1. Cod. de fidei committ. Merillus l. 2. observ. c. 29. Genua in constitutione legum, fol. 624. in par. vici. Amay, in l. 3. Cod. de apochis, l. 18. Faber l. 7. consuet. c. 9. Hennius ad Transitorium volum. 2. disp. 3. qu. 13. Pacius centuria 2. q. 44. Schiforag, ad Eulrium tr. 15. q. 5. Ex præfatis Cencius de censibus, 2. par. c. 2. q. 4. m. 6. plures congesti a Pareta de usuria, edit. tit. 7. resol. 3. ubi late probat hanc exactionem trium annorum probandam esse per tres apochas ultimas: & nos dicemus e. p. vici, de censibus. n Proprietatis. Ex his verbis manifeste deponitur, in exactione census, seu pensionis dari duplex iudicium, possessorem, & petitorium, quod late docuerunt Marecosius l. 1. variat. c. 11. n. 11. Posthicus de manus, observ. 37. n. 2. Noguierol allegat. 28. Accedit, nam si cum agitur contra electum, super proprietate lis diceperetur, Ecclesia diu vacaret, & electionis effectus protraheretur cum magno Ecclesie damno, c. 2. de consuet. preb. c. oblati 57. in fine, de appellat. Igitur recte Colesimus in præfenti decrevit, sufficere electo docere patronum fuisse in quasi possessione præfentandi.

Nec obstat dubitanti ratio supra adducta, cuius majorem concedimus, minorem autem negamus: nam licet laici non possint conferre Ecclesie beneficia, ex iuribus supra citatis, tamen patroni, quia iurpatronatus habent, possunt præfentare presbyteros ad eas Ecclesias, in quibus obtinent iurpatronatus, ex toto tit. de iurepatr. unde cum in præfenti parochiani essent in quasi possessione præfentandi, & iurpatronatus in Ecclesia S. Salvatoris, ideo illis jus non refistit; imo suffragatur cap. generalis, hoc tit. l. 6. Fachinus l. 8. contrav. c. 24. Neque textus in c. ex frequentibus, adversatur, qui loquitur in institutione, non vero in præfentatione. Unde licet jus instituti in beneficiis Ecclesiasticis, consuetudine acquiri non possit, tamen jus præfentandi consuetudine acquiri valet, ut supra probavi: docet per interpretationem illius textus Lotherius dict. c. 45. n. 28. Primo superiori assertioni opponitur textus in c. 2. de in integrum restit. ubi monachi erant in quasi possessione juris eligendi Abbatem in suo monasterio, ut docent ex eo textu Glou-

COMMENTARIUM.

EX hoc textu talis deducitur assertio: Sufficit electo ad obtinendum beneficium probare eligentem esse in quasi possessione eligendi tempore electionis. Probat textus in c. cum in Ecclesia, c. cum litris, ff. de causa possessionis, c. consuetudine, de iurepatr. c. cum electi 7. eod. tit. c. cum Bartholomæo, consuetudo licet, de re iudicata. Consonat lex q. tit. 15. parva 1. illustrant Selva de

benef. 2. par. qu. 7. Corrañus eod. tit. 2. par. c. 5. Durænius de iur. l. 3. c. 9. Garcia de benef. part. 5. c. 5. Covar. in præf. c. 14. n. 2. Et in reg. Possessor, 2. par. in initio, nu. 6. Cabedus de patronatu, c. 7. per totum, Lotherus de benef. l. 2. c. 45. n. 2. Posthicus de manus, observ. 37. nu. 16. Carolus Marra 1. 3. contrav. res. 44. n. 34. & res. 6. n. 6. Noguierol allegat. 18. n. 137. Gratianus dist. 1. 310. nu. 76. Alios more suo adducunt Præceptor lapsus laudatus D. Franciscus Ramos in suo memorabili, propof. 1. n. 5. c. 2. n. 4. Sed pro ratione dubitanti sic argumentor: Licet cum agitur iudicio possessore possessor manuteneudus fit, tamen cum jus refistit possessori, ita ut habeat notorium defectum tituli in proprietate, manutentio non datur, docent Paz de tenentia, c. 2. nu. 21. Posthicus de manus, observ. 43. per totum, Menochius de reit. rem. 3. n. 18. Minidius de iur. l. 2. tom. tit. 7. Valenzuela consil. 93. ex n. 13. & consil. 151. nu. 70. Barbosa voto 42. 49. 52. 54. c. 106. l. cum heredes 23. Sicut cum leg. sep. ff. de acq. possessione, l. improba 7. leg. nemo 10. Cod. eodem tit. Ab specie probat textus in c. ex infirmatione 14. juncta ejus integra, de iurepatr. ergo nullo ex capite electus a laicis in nostro textu defendi poterat ratione quasi possessionis eligentium. Accedit, nam consuetudine introduci non potest, ut qui jus non habet conferendi beneficium, illud conferat, c. ex frequentibus, de instit. igitur populus in nostra specie non potuit consuetudine acquirere jus conferendi Ecclesiam, seu beneficium Ecclesiasticum.

Hac difficultate minime refragante, vera est tradita assertio, cuius decisiva ratio eo progrevit; nam qui in possessione rei est, illius verus dominus censetur etiam si talis non sit, leg. 2. c. 4. Cod. de prob. leg. litibus, c. de agricolis, l. 11. & qui possidet, plenus jus habet, quam ille, qui intendit dominus esse. Unde maximum esse possessionis commodum, decidit in §. commodum, Instit. de interditiis: quare præfentatus ab eo qui est in quasi possessione præfentandi, præfatur præfentatio a proprietario, ut docent Rochus de Curte de iurepatr. verbo competens, numer. 34. Gutierrez consil. 4. 32. Selva de qualis. præfentatis, numer. 51. Accedit, nam fructus rei possessæ spectant ad bonæ fidei possessorem, lib. h. na fidei, ff. de acquirendo rer. dom. c. gravis, ubi dicimus, de restit. spol. sed præfentatio ad beneficia enumeratur inter fructus iurpatronatus, ut supra probavi, & docet Lælius Manicus Gualianum c. 91. ergo qui est in quasi possessione eligendi, seu præfentandi ad beneficium, potest sua possessione uti, & ab eo præfentatus tantum teneat docere patronum esse in quasi possessione tempore ultima præfentationis: hæc autem quasi possessio acquirunt unica præfentatione, c. cum olim 7. de causa possessionis; & sufficit electo ad manutentionem probare unicam præfentationem, argumento textus in leg. 1. §. quod autem, ibi: Vel una die, vel nocte, fatis aqua pluri, docent Posthicus de manus, observ. 32. Covar. præf. c. 14. n. 2. præcipue ultimam, quia ad manutentionem attendimus ultimum statum possessionis, quæ fuit tempore turbationis, & retinenda 4. de interditiis, c. licet 9. de probat. textus formalis in c. cum Bartholomæo 18. versis. Licet, de iurepatr. docet eximius Præceptor D. Franciscus Ramos dicto propof. nu. 6. & plura de requisitis ad probationem possessionis iurpatronatus adducunt Gonzalez ad regulam 8. glossa 18. nu. 86. Vivianus in præfati iurpatronatus, part. 2. lib. 5. c. 2. Garcia de benef. 5. par. c. 6. n. 67. Posthicus de manus, observat. 37. n. 2. Noguierol allegat. 28. Accedit, nam si cum agitur contra electum, super proprietate lis diceperetur, Ecclesia diu vacaret, & electionis effectus protraheretur cum magno Ecclesie damno, c. 2. de consuet. preb. c. oblati 57. in fine, de appellat. Igitur recte Colesimus in præfenti decrevit, sufficere electo docere patronum fuisse in quasi possessione præfentandi.

Nec obstat dubitanti ratio supra adducta, cuius majorem concedimus, minorem autem negamus: nam licet laici non possint conferre Ecclesie beneficia, ex iuribus supra citatis, tamen patroni, quia iurpatronatus habent, possunt præfentare presbyteros ad eas Ecclesias, in quibus obtinent iurpatronatus, ex toto tit. de iurepatr. unde cum in præfenti parochiani essent in quasi possessione præfentandi, & iurpatronatus in Ecclesia S. Salvatoris, ideo illis jus non refistit; imo suffragatur cap. generalis, hoc tit. l. 6. Fachinus l. 8. contrav. c. 24. Neque textus in c. ex frequentibus, adversatur, qui loquitur in institutione, non vero in præfentatione. Unde licet jus instituti in beneficiis Ecclesiasticis, consuetudine acquiri non possit, tamen jus præfentandi consuetudine acquiri valet, ut supra probavi: docet per interpretationem illius textus Lotherius dict. c. 45. n. 28.

Primo superiori assertioni opponitur textus in c. 2. de in integrum restit. ubi monachi erant in quasi possessione juris eligendi Abbatem in suo monasterio, ut docent ex eo textu Glou-

Ratio dubitandi.

Ratio decidendi.

Incognitus cap. 2. de in integr. restit. l. 1. var.

fa verbo in *habetur*, Hostiensis n. 21. Joannes Andreas n. 28. n. 44. quæ quasi possessio iuri communi consona erat; siquidem iure nostro cautum est, ut Abbas electio ad congregationem, pro proprium monasterium spectet, e. congregatio 43. 16. q. 7. c. Abbas 2. c. Abbatem 3. 28. q. 2. et tamen in d. e. 2. decidit, electionem celebratam a monachis non esse confirmandam, & electus appellatur intrusus: igitur quia non sufficit electo docere eligentem esse in quasi possessione eligendi. Pro huius textus interpretatione varii casus sunt distinguendi. Primus est cum lis agitur super proprietate, & unus est in possessione eligendi; & tunc etiam lite mota possessor potest eligere virtute quasi possessionis; quo casu procedit noster textus. Secundus consideratur, cum lis disceptatur super possessione, & ambo intendunt in possessione esse, nec apparet uter ex illis possideat: & tunc neuter eligere potest, sed si periculum sit scandalum, vel rixæ, sequestranda est possessio, & non diu Ecclesia vacet, eligere interim Episcopus potest, e. quoniam 3. de iurapatron. ubi plura August. Beronius. Tertius casus evenire potest, cum iudicium possessionum intenditur, sed constat unum esse in possessione; & tunc etiam lite pendente potest uti sua possessione, c. 1. ut lite pendente. Nec quolibet prætenu possessio sequestranda est, argumento ex l. ut ff. de officio procur. Castaris, l. illicitus 6. §. non potest venditor ff. de officio Praefecti: pluribus relatis docent Poitius de maintenance, c. 13. n. 17. Quibus suppositis textus in d. e. 2. procedit secundo casu, cum lis vertitur super possessione, nec apparet, uter ex contententibus in possessione sit; tunc enim electio ab uno celebrata, nec confirmanda est, ne præiudicium colligant generetur, si approbetur adversarij electio: sed appellatur intrusus in eo textu electus a monachis, non a R. Pontifice, sed ab alio colligante. Alia pro illius textus interpretatione in ejus commentario adducemus.

Secundo opponitur textus in e. ex litteris 7. de iurapatron. ubi deciditur præsentiam a bonæ fidei possessore, lite secuta super proprietate, insinuandum non esse a superiore. Ex quo textu deducit Augustinus Beronius ibi, & in e. quoniam 3. de iurapatron. præsentiam a Patrono, sed non institutum, postea institutum non esse: igitur non sufficit electo docere eligentem esse in quasi possessione eligendi. Cui difficultati uti satisfaciatur, sciendum est, nostri textus decisionem procedere, etsi controversia mota sit super proprietate post electionem, vel præsentationem factam ab eo, qui est in quasi possessione eligendi, ut docent Rochus de Curte de iurapatron. verbo Competens, n. 23. Gutierrez lib. 3. part. 2. q. 42. n. 41. ex sepius repetita ratione, quia videlicet fructus rei possessæ ab possessore spectant. Similiter noster textus procedit, si lis moveatur super proprietate ante electionem, vel præsentationem: nam etiam tunc potest possessor uti sua possessione, lite etiam pendente super proprietate; nec debet possessor privati commodo lux possessionis, nec eius fructibus, e. volumus 2. 16. q. 2. cum vestimentum 3. versio. Nos igitur de iurapatron. c. 1. ut lite pendente, c. ut Episcopus 28. de iurapatron. l. 6. l. final. c. si per vim vel alio modo, iunctis traditis a Glossa verbo Differre tractus, in d. e. ut lite pendente: & huiusmodi electio est confirmanda a superiore, quia cum legitime sit facta, iusto postulat confirmationem, e. illud, ubi Glossa verbo Debeat, de iurapatron. licet contrariam sententiam, videlicet pendente iudicio petitorio præsentatum non esse insinuandum,

CAPUT XXV.

Idem.

CUM a Vintoniensis Ecclesia Pastore vacaret, Archidiaconus cum fautoribus suis b Salesbriensem Decanum, Prior autem & complices ejus c Præcentorem Lincolniensem in Episcopum elegerunt. Et infra: Licet igitur omnes in communi de faciendâ electione tractaverint, quia tamen nequivissent esse concordés, insecto negotio ad nos habere recursum; & ii quidem, qui Præcentorem elegerant, asserunt, quod illi qui Decanum elegerant, erant eligendi potestate privati, pro illa maxime causa, quod hominem non legitime d natum scienter eligere præsumpserunt: unde secundum Lateranense Concilium, & eligendi hac vice perdidissent potestatem, & per triennium ecclesiasticis beneficiis e carere debebant: suppliciter postulantes, ut super hoc interloqui dignarentur. Illi vero taliter respondebant, quod licet is, quem elegerant, fuisset minus legitime natus, per gratiam tamen Apostolicâ Sedis legitimum f promeruit, & hoc asserunt de legitime probatos. Nos ergo attendentes, quod illi post primam electionem g admeruerunt illis ad celebrandum secundam, & quod decretum Concilii memorati decernit illegitimam præsumptores una vice dumtaxat eligendi potestate privatos; quoniam electio, quam coram nobis celebrare volebant, non jam secunda, sed tertia censebatur, ad eligendum illos censuimus admittendos.

NOTÆ.

a Vintoniensis.) De Vintoniensis Ecclesia egi in e. certum 3. de refer. b Salesbriensem.) Legendum est Sarisburiensem: Sarisburiensis Ecclesia est in Angliâ Archiepiscopi Cantuariensis in Angliâ, de qua Polydorus Vergilius l. 1. in hispania Angliæ, fol. 87. c Præcentorem Lincolniensem.) De hoc Præcentore, & Ecclesia Lincolnienfis aliter adduxi in e. ad naves 3. de refer. d Non legitime natus. Sed quare si illegitimus aditus ad dignitatem Præcentoris eligi potest, cum illegitimis aditus ad dignitatem præcludatur, e. de fil. spoliati, c. innotuit 20. hoc sit. Sed respondetur, Præcentorem fuisse illegitimum, sed alium in prima electione electum, talium pati defectum, & ideo ejus electione casata, ad electionem Præcentoris secundam processisse Canonicos.

defendat Glossa in d. e. illud 3. de integ. restit. ubi Imola n. 19. Abbas n. 22. meti ex eo, quod possessor etiam bonæ fidei tenetur restituere omnes fructus post motam litem perceptos, l. certum 22. C. de rei vindicatione: sed si possessor non possit eos restituere, non debet illos percipere: unde ajunt, quod cum electus est institutus, non potest postea reverti, e. consultationibus 19. versiculo removersi, de iurapatron. igitur a possessore non debet confirmari. Sed huic fundamento respondetur, regulam textus in d. l. certum, habere locum in fructibus, quibus possessor locupletatur; non vero in fructibus honoris, quibus possessor locupletur non fit, quales sunt electio, seu præsentatio: nam his fructibus, etiam lite mota, sine restituendi obligatione fruatur possessor, d. e. 1. ut lite pendente: docet Gutierrez d. q. 42. n. 42. nec tunc obstat textus in d. e. ex litteris, cui, omnia traditis a Berojo, respondendum est in specie illius textus præsentationem non fuisse factam a possessore iurapatronatus, sed ab eo, qui intendebat jus præsentandi sibi competere, ut colligitur ex versiculo, vel antequam; & ideo post litem motam institutionem fieri non debere, nec electionem illa possessione eligentis defendi valere.

Tertio adversatur textus in e. cum Bertoldus 18. de re iudicata, ubi non sufficit clerico electo docere eligentem esse in possessione præsentandi: ergo nec in nostro textu sufficere debet electo probare quasi possessionem eligentis. Huic difficultati variis modis satisfacere intendunt August. Beronius in d. e. ex litteris, Duarenus & alii relati a Sahagun in e. final. n. 59. versio, qua ratione, de sequestrat. possessionis, quibus illa plausibilior interpretatio visa fuit, videlicet, creditoribus præsentationem non fuisse admissam in specie, quia quamvis creditor bona fide possidere videatur pignus, l. quicumque 13. §. interdum, ff. de publiciana, l. si servus 22. §. si quando, ff. de pignoratitia; tamen non possideat affectu domini, sed pro domino, l. pignori 15. ff. de usus. Sed omnia ea solutio, quæ supponit ad creditorem non spectare iurapatronatus, & per consequens jus præsentandi (quod an verum sit, disputat Balboa in d. e. cum Bertoldus) alii respondent in eo textu creditorem non posse præsentare, quia dominus pignoris sibi reservaverat iurapatronatus, quomodo solutionem licet dividendam esse asserat Balboa in eo textu, evincant verba integre, ibi: Dominus fundi asserens, quod sibi retinuerat iurapatronatus expressè, cum fundum obligaverat. Quare virtute hujus reservationis ad debitorem spectabat iurapatronatus. Sed licet hoc solutio admitti possit, tamen pro adductâ difficultatis solutione responderi posse existimo, in eo textu electum a creditore in beneficio illud non retinere, quia licet creditor pignus possideat, & per consequens iurapatronatus in ipsum translatum censetur, quasi possessionem tamen præsentandi translatam non credi; quia talis quasi possessio præsentandi solum translata censetur per aliam præsentationis effectum sortita, argumento textus in l. cum heredes 13. ff. de acquirenda possessione, l. 1. §. scilicet, ff. si is qui testam. Docent Vivianus in pract. iurapatronatus, libro 5. c. 2. n. 16. & heretice 42. per vis. Lotharius de re benefice, c. 1. l. 2. q. 11. n. 11. Poitius de maintenance, c. 13. n. 39. Barthol. de iure Ecclesiâ, l. 3. c. 12. n. 39. doctissimus D. Franciscus Ramos d. præfati, l. n. 14. Unde cum creditor nunquam fuisset in quasi possessione præsentandi; ideo præsentatus ab eo non habet possessionem, quam debeat, & cuius ratione defendi possit.

Exponitur e. cum Bertoldus, de Re L.

Concilio Lateranensi provenientem, & alias agnovit, & nostrum tunc late interpretatur Suarez de censur. disp. 4. sect. 2. per ver. In hoc textu explicatur decisio Concilii Lateranensis relata in d. e. 7. §. fin. qua deciditur eligentes in aliquo privato facultate eligendi: in præsent illa decisio exponitur, ita

ut procedat in prima dumtaxat electione, non vero in ulterioribus: itaque eligens indignum iuxta prædictum Concilii Lateranensis decretum, privatur facultate eligendi in alia electione, non vero in tertia, aut sequentibus. Quæ huiusmodi, repetenda sunt ex traditis in d. §. fin.

CAPUT XXVI.

Idem Arnaldo Abbati Cisterciensi, Rodulpho, & Petro monachis a Fontis Frigidis b Inquisitoribus.

PER inquisitionem, quam de mandato nostro fecistis super statu Episcopatus, & e Episcopi d Tolosani, perspicaciter intelleximus, quod e Mafcaron Cancellarius juratus asserit se scivisse pro certo, f Raymundum g olim Tolosanum Episcopum, & amicos ipsius ante suam electionem habuisse colloquium cum quibusdam Canonicis nominatim expressis, eosque sollicitasse b precibus, ut ipsum elegerent in Episcopum, seque vidisse pariter, & audisse, quando prædictus Episcopus existens in domo S. Petri de Coquina, recognovit in quorundam Canonicorum præsentia, se Canonicis illis qui advertebat fuerant suæ primæ electioni, juramentum in domo Actonis de Monibus præstitisse: credens pro certo, quod juramentum illud licite fuerit factum, ut idem Raymundus eligeretur i ex pacto; & quod ipse M. post ipsius electionem castatam, domum Episcopalem ejus nomine detinebat, recipiens quosdam redditus & proventus, quos de ipsius conscientia & consensu in eisdem negotiis expendebat. Cum igitur talem scienter in Episcopum eligendo, sicut ipse suo juramento firmavit, ecclesiasticis beneficiis reddiderit se indignum, grave gerimus & molestam, quo dilecto filio Tolosano Præposito in Episcopum communitur electo, idem Mafcaron in Præposito dicitur constitutus. Quocirca discretionis vestræ per Apostolica scripta mandamus, quatenus eundem Mafcaronem ab officio Præposituræ penitus l amoves, faciatis virum idoneum ad officium illud assumi.

NOTÆ.

a Fontis Frigidis.) Ita restituenda est inscriptio hujus textus ex epistola Innocentii III. edita ab Illustrissimo Manrique tom. 3. annal. Cister. anno 1205. cap. 3. quæ fere per eadem verba reperitur in tertia collectione, sub hoc tit. c. 11. De Abbate Cisterciensi nonnulla notavi in cap. cum ordinem 6. de respectu. Monasterium autem Fontis Frigidis est Ordinis Cisterciensis, in dieceti Narbonensi, quondam sub regna D. Benedicti fundatum, sed tempore D. Bernardi ejus Ordini unitum, ut plura de eo adducunt tradunt Fratres Samaritani tom. 4. Gallie Christiane, fol. 432. Manrique anno 1247. c. 19. Eius monasterii etiam mentio fit in e. litteras, ad suppl. regis, c. cum dilecti, de accusat. b Inquisitoribus.) In tertia collectione legitur Legatus; sed omnia recte conveniunt, si animadvertamus, Arnaldum Abbatem Cisterciensem, & Petrum de Castronovo Legatos Sedis Apostolicæ missos fuisse ab Innocentio III. ad conversionem hereticorum Albigensium, qui interfecerant totam Galliam, ut referit Spondanus post Baronium anno 1208. num. 4. Ipsi etiam commisit Pontifex inquisitionem, & visitationem Ecclesiæ Tolosane cum omnimoda jurisdictione, ut referit Manrique d. tit. cap. 3. Unde si primam legislationem attendamus, recte illis sub nomine Inquisitorum scribitur; nam omni tempore iudices contra hereticos deputati, Inquisitores dicti fuerunt, l. 9. Cod. de hereticis, ubi sublimitate lingue sua det Inquisitores. Similia verba reperitur in l. 12. in fin. l. 31. 32. 33. Cod. de Republi. Christi. Si vero secundam commissionem, hoc est visitationem Ecclesiæ Tolosane consideremus, recte Legati appellantur. Non omittam Spondanum ubi supra, asseruisse hanc Petrum de Castronovo fuisse primum Inquisitorem, & hujus S. Officii fundatorem, etsi aliter repetant ejus originem Prætoles l. 3. suo historie, Hieronymus Roman. lib. 5. de Republi. Christi. Sed certum est, tempore Innocentii III. quo impis erroribus, & blasphemis Albigensium tota fere Gallia infecta erat, initium habuisse hoc temper miris laudibus extolendum S. Inquisitionis officium. Innocentius enim III. prædictum Petrum de Castronovo, & alios duodecim Abbates ex familia D. Bernardi, virtute & doctrina præclaros, per universam Galliam misit, ut Albigensium errores disputationibus, & concionibus refellerent ac damarent. Etiam eo tempore S. Dominicus cum Albigensibus disputatibus retelleret, convincereque intenderet; & agnovisset eorum perfidiam, ac pertinaciam in dies crescere, intanter petiit ab Innocentio III. ut debitis poenis ipsi heretici afficerentur: quod cum Pontifex concessisset, initium habuit S. Inquisitionis officium, constituto primo generali Inquisitore B. Dominico, ut expresse refertur in constitutione Sixti V. & refertur Penna in 3. part. Directorii, commentario 32. Lucius Marinus Siculus in sub hist. Hisp. Joannes Marieta part. lib. 7. cap. 11. Ludovicus Soula in hist. S. Dominici, cap. 3. Prælogo part. 2. de regim. Christi. republ. l. 5. disp. 13. §. 4. pluribus relatis Paramus lib. 2. de orig. S. Inquisit. c. 1. Licet enim prædicti Abbates missi fuissent ab Innocentio III. ut hereticos disputationibus, & in concionibus refellerent, convincerentque; tamen ut debitis poenis, & ordine iudiciali eos compellerent, primus S. Dominicus constitutus fuit Inquisitor generalis, ut refertur proxime laudati, licet variis rationibus & auctoritatibus pro ius Cisterciensibus pugnet Manrique d. tertio tomo, anno 1204. cap. 3. per totum. De origine ipsius Inquisitionis apud nos, & Lusitanos agunt Fragulo d. tit. disp. 13. §. 5. per totum, Paramus d. tit. lib. 2. c. 2. Solorzano tom. 2. de iure ind. lib. 3. c. 24. & singillatim de omnibus tribunalibus agens Tamayo a Salazar in martyrol. Hisp. dia 28. Aprilis. c Episcopi.) An Raymundi de Rabastens, an vero Ful-

crandi ejus antecessoris, adhuc apud historicos sub lite est. Auctores Comitatus Tolosani visitationem non tam in Raymundum, quam in Fulcandrum factam referunt, cum ejus inscitia ac desidia Albigensium pestis in Comitatum Tolosanum ingrueret. Guillelmus de Podio cap. 6. chronici, ait: Anno 1205. non erat excusabilis Fulcandus, quod hereticos quosdam radicatos in terra sine adversariorum sibi voluntate poterat excerpere; neque erat ad excusationem sui sufficiens, qui esset non possit aia; ad hoc saltem sufficiens imita habere consilia, & auxilia potuisset. Sed in Raymundum simoniac electum, & Albigensium fautorem, visitationem decretam, & inquisitionem factam fuisse, constat ex præsentis textus serie, & probarunt Fratres Sarmat. tom. 1. Gallie Christiane, fol. 686. d Tolosana.) Tolosa Gallie Narbonensis urbs antiquissima, ut celebri recententur a Casare lib. 8. c. 5. Mela lib. 2. c. 5. Svetonio in Vitellio, c. ultimo, Justinio lib. 31. Strabone lib. 4. Ptolomeo lib. 2. cap. 10. Jacet ad Garunnam fluvium, cuius originem, & progressum late profecturunt Fratres Sarmat. tom. 1. Gallie Christi. fol. 671. adhuc temporibus Innocentii III. Episcopali tantum Cathedra decorabatur, & insubragana erat Archiepiscopi Narbonensis; postea tamen Joannes XXII. anno 1317. translato Archiepiscopatu Narbonensi in Tolosanam Ecclesiam, jure metropolitico eam decoravit, ut constat ex extravaganti Salvator, ipsius Joannis XXII. de præbendis. Docent Cheny in serie Præfatum Tolosan. Franciscus Hallier. de hierarch. fol. 637. Nec hanc evertit sententiam, & nostrum textum oppugnat in illis verbis, Episcopatus, & Episcopi, quodam subscritto Concilio Aurelianensis i. celebrati anno 511. temporibus Horfmidæ Pontificis, ubi subscritus Leontius ejus Ecclesiæ Præf. hoc modo, Leontius Episcopus Tolosana Metropolis: ergo jam ante tempora nostri Innocentii Tolosana Ecclesia ut Metropolis honorabatur. Hæc inscriptione decepti Papirius Mafonius, & Cheny ubi supra, existimant jam temporibus Concilii Aurelianensis primi Ecclesiam Tolosanam Metropolitanam Gallie Narbonensis esse; sed eorum sententia facile refellitur ex nostro textu, & dicta extravaganti Salvator: quare ea sententia omnia, & superiore retenta, dicendum est, prædictam subscriptionem falsam, & vitiose irrepsisse in quibusdam codicibus, cum in correctis & castigatis a Jacobo Sirmundo ita legatur, Leontius Episcopus Agathensis Metropolis: quod mendum satis probatur ex Concilio Agathensi i. celebrato anno 506. ubi reperitur subscritus Clarum Episcopum Elose Metropolis, Hieracianum Episcopum Tolosane civitatis: & in Concilio Matilico. 2. congregato anno 587. mentio fit Magnulphi Episcopi Tolosani; unde verum est, nostri Innocentii temporibus Ecclesiam Tolosanam tantum Episcopum obtinuisse. e Mafcaron.) Mafcarum legendum esse suadet ex traditis a Cheny in serie Archiepiscopi Tolosani, ubi asserit, Hugonem Mafcarum eam Ecclesiam rexisse, & de eo agi in nostro capite per inquisitionem: sed temporum series hæc sententia repugnat; anno enim 1201. Raymundus tertius depositus fuit ab Episcopo Tolosano, aut illi sponte renuntiavit, de quo in hoc textu cum jam in ejus electione suffragium præstitisset, ut ex nostro textu constat: sed Hugo Mafcarus Episcopus Tolosanus obiit anno 1296. ut refert ipse Cheny: igitur nullo modo potuit idem esse prædictus Mafcarus, ac Mafcaron, de quo in præsentis, & hoc impossibile est, ut Mafcaron, qui in sacris constitutus erat Ordinibus per annum 1200. pervenisset ad annum 1296. & sic plaqquam per 124. annos vitam protraxisset. f Raymundus.) Tertium hujus nominis, de quo Guillelmus de Podio in chron. cap. 6. Describit autem Dominus Fulcandus Episcopo anno circiter 1210. eligitur in Episcopum Raymundus Archiepiscopus Agathensis; sed quia se infestavit ab initio vitio simoniac, benedictione caruit in fine: ipse tandem ab Episcopatu per Salomon Apefo.

Apostolicam ad deprehensionem fuit condemnatus. Petrus Vallis Sar-
nensis hiflor. Albig. c. 9.
Olim Epifcopus.) Jam enim per annum 1201. depositus
fuerat ab Epifcopatu, five voluntaria cessione, fententiam
depositionis metuens, ipfi renuntiavit, ut refert Manrique.
anno 1205. c. 3. n. 3. quare temporibus hujus decretalis epi-
ftolæ, quæ mihi fuit 2. nonas Julii anni 1201. jam Tolofa-
nam regebat Ecclefiam Fulco, vir apprime doctus, & fan-
ctus, de quo plura Chenu & Manrique ubi proxime, Guil-
lelmus in tractatu de Fratre Petro de Caftro novo, ibi: Cum igitur
terra ifta, ficut Tolofana, apud Sedem Apoftolicam, fuis hære-
tica pravitate, quam rapina mirabili, & injuriabilis infamia labo-
raret, ifdem temporibus miffus eft Legatus a Summo Pontifice Fra-
ter Petrus de Caftro novo, Ordinis Cifterciensis, vir provvulus & dif-
cretus, cui & Magifter Redulphus, persona literata, & multum
honestæ, adhibitus est collega, qui Comitem Tolofanum ad expellendos
hereticos, ac raptarios de terra fua, & pacem confervandam
monuerunt, & adfiruerunt etiam juramento factumque viri Domini
tempore, quod Deo infpirante, venerabilis, & religiofus vir Domi-
nus Fides Abbas Florentis, five Taronetti, Ordinis Cifterciensis, eli-
gimus in Epifcopum Tolofanum, cuius promotionem cum multo di-
gno Legatus, qui optime cum noverat, ut Jacobus in lecto infirmus,
elevatus moribus in eum, gratias egit Deo, quod de tali persona
provvidiffet Ecclefia Tolofana.

h Precibus.) Unde reddebat indignus, c. in fcripturis, c.
qui Epifcopatum 3. qu. 1. post Gloffam in nostro textu notat
Abbas, & Sylvester. An vero liceat Epifcopatum optare,
variis conclufionibus adductis refolvant Div. Thomas 2. 2.
quæft. 187. artic. 1. Pellizarius tract. 9. cap. 1. qu. 12. Pey-
riginus de Præfatu, quæft. 1. cap. 1. num. 4. Tamburinus tom.
7. difp. 10. quæftio 1. Garcia tom. 2. politica, tract. 29. diffi-
c. 4. dub. 1. Elpenceus l. 3. difpof. Barbola de poteft. Epifc. l.
p. tit. 1. gloffa 4.
i Ex factis.) Quod procul ab electionibus abesse debet,
c. finali, de padis.

CAPUT XXVII

Idem A. Priori S. Frigidiani, & G. & G. Canonicis a Lucanenſibus.

CUM causam quæ inter Presbyterum Bonum, & Brunnum Canonicum Ecclefie S. P. Lucanenſis vertitur, super eo
quod dictus Presbyter Bonus a majori parte Canonicorum ejufdem Ecclefie prædicto Bruno, & quodam alio
contradictentibus, in b Priorum, ficut dicitur, est electus, olim vobis duximus committendam; vos, ficut ex litteris
veſtris accepimus, partes citare curaviftis, ut juxta mandatum nostrum causam iftam fine poſſetis canonice termina-
re. Cumque eſſent in veſtra præſentia conſtituta, prædictus Presbyter Bonus cum infanta poſtulabat, ut electionem
de fe factam auctoritate curaretis Apoftolica confirmare. Sed præfatus Brunnus & contrario respondebat, illum non
eſſe dignum regimine Prioratus, crimen obijciens ei ſimonie, quodque ipſius electio non erat canonice celebrata:
& quia profeſſus non erat, & ipſum aſſerebat merito repellendum. Verum cum de ſimonia nihil fuiffet probatum,
nec aliquid contra electionis modum oſtenſum, movit vos vehementer ipſius Ecclefie privilegium, in quo continet-
batur expreſſum, ut nullus qualibet ſubreptionis aſtuta præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fra-
trum pars conſilii fanioris ſecundum Dei timorem, & B. Auguſtini e regulam providerint eligendum. Unde quan-
vis multo Prioris continue unus poſt alium in ipſa Ecclefia per multa & longa tempora fuerint non profeſſi;
quod tamen præfatus Presbyter Bonus non eſt profeſſus obſervantiam regularem, dubitatis, & merito, nobis incon-
ſultis procedere contra e privilegium Sedis Apoft. conceſſum Ecclefie memorata. Quia vero debemus attendere non
ſolum quid modo factum fit, ſed quid fit potius faciendum, diſcretioni veſtre taliter reſpondemus, quod cum ſe-
cundum legem divinam non fit in bove arandum & aſino, nec quiſquam debeat veſtem induere de lana, inoque
contexam; electionem prædictam, ſublato cujuſcumque appellationis obſtaculo irritetis, & compellatis præfatum Pref-
byterum, alioſque clericos non profeſſos, ut vel B. Auguſtini regulam in eadem Ecclefia conſtitutam præſententur,
& ſervent; aut ipſam Ecclefiam omnino ſ dimittant.

NOTÆ.

Lucanenſibus.) Lucæ Etrurie civitas prope Lunenſes mon-
tes ſita eſt: ejus meminerunt Ptolomæus, Plinius, Ci-
cero, & alii relati ab Ughellio tom. 1. Italia ſæcra pag. 839.
In ea civitate ultra Eccleſiam Cathedralem: cujus mentio fit
in c. Piſanis 19. de reſcri. ſponſal. c. cum olim 18. de præſcrip-
t. c. 3. de ſortilegiis, ubi notavit Cironius, eſt alia Ecclefia Ca-
nonicorum regularium extra muros, quam crexit S. Frigidia-
nus Epifcopus ipſius civitatis, ubi cum ſuis Canonicis regu-
laribus debebat, a quo Canonici dicti ſunt Frigidianarii, non
Friſonarii, ut voluit Barbola in rubrica de ſtatu monachor. &
lib. 1. juris Ecclæſ. c. 41. n. 150. Plura de hac Ecclefia regu-
lari tradit Gabriel Pennotus l. 3. hiſtorie Canonice, regular. c.
41. & l. 2. c. 47. Hujus ergo Ecclefie Priori miſſæ ſunt quam-
plures epiſtolæ decretales, adductæ a Pennoto dicto l. 3. cap.
41. inter quas præcipua eſt noſtra, & textus in c. ſuper hi-
de reſcri. cogendi.
b In Priorum eſt electus.) Hujufmodi Prioratus electio ſpe-
ctat ad Canonicos majoris Ecclefie Lucanenſis, ut conſtat ex
Bulla Gelafii, quam refert Ughellius ubi ſup. pag. 875.
c Regulam B. Auguſtini.) Notum eſt, B. Auguſtinum non
ſolum ordinem eremiticum inſtituiſſe; verum & Canonicorum
regularium inſtituiſſe ordinem, ut pluribus relatis docent
Marquez in orig. Fratrum eremi, cap. 5. §. 2. Pennotus in-

gro lib. hiſtor. canonicæ regulæ. Hanc D. Auguſtini regulam pro-
fiterentur dicti Canonici Lucanenſes, ut refert Pennotus dictis
in locis.
d Longa tempora.) Quæ conſuetudo, ſeu potius corruptela
non admittitur; c. ad noſtrum, de conſuet. & nos probavimus
in cap. monaſterium, hoc titulo, ubi hujus textus commenta-
rium dedimus.
e Privilegium.) Sed ad quid hoc privilegio opus eſt, cum
ſtatutum jure communi reperitur, ne non profeſſus eligatur
in Prælatum Regularem, c. Abbatem 18. q. 2. d. c. cum mo-
naſterium. Huic difficultati reſpondeo Cironius in cap. 3.
de elec. in 5. colleſt. privilegium hoc imperatum fuiffe, quia
quod privilegio cautum eſt, & ſingulariter conceditur, plus
timeri ſolet, & diligentius obſervari, c. quæſtionum, 23. diſp.
c. in omnibus, de conſec. diſp. 5. l. ſicut certo, ff. commodati.
Sed exiſtimo aliam eſſe rationem hujus privilegii; nam cum
electio Prioris Lucanenſis ad Canonicos majoris Ecclefie ſpe-
ctaret, ut ſupra dixi, volebant ex ſuo Capitulo Priorum e-
ligere ex ratione textus in c. hoc tit. quare necellarium fuit
privilegium, ut Canonici majoris Ecclefie Lucanenſis Priorem
eligerent.
f Dimittant.) Cap. 3. de electione, in quinta compilatione,
ibi: Ad relinquendum monaſterium, vel ad faciendam profeſſionem,
ut debet, monitione præmiſſa, per cenſuras Eccleſiaſticas, appellatione
remota compellentes.

CAPUT

CAPUT XXVIII

Idem a l. tit. S. b Stephani in Galio Monte Presbytero Cardinali, Apoftolica Sedis Legato.

Quod ſicut ex litteris tuis. Et infra: Nos igitur litterarum tuarum tenore diligenter inſpecto, ſex in eis per-
ſonarum continet, quorum tria contra prædictum e Armacenum electum, & alia tria contra ejus d electionem
facere videbantur. Primum nominatio facta de tribus, quam ex litteris tuis aliquoties electionem appellas;
contra quam, ſi electio vere fuit, antequam caſſaretur, non deberet aliquid attentari. Secundum appellatio inter-
poſita, quæ ſi legitima fuit, ſequentem electionem penitus impedit. Tertium, quoniam f Midenſis Epifcopus, &
Abbas g Mellifontis, qui intereſſe debebant, ad electionem minime conveniunt: unde ſi contempti fuerunt, vel
ambo, vel alter, plus eorum contemptus, quam multorum contradicito electionem prædictam debuit impedire.
Quarum quæ præfatus Abbas ſic electus, ante confirmationem obtentam b adminiſtrare præſumpſit. Quintum,
quia in die conſecrationis ſue Ordines celebravit, tum nondum pallium obtinere. Sextum dilapidatio, quia tabu-
lam argenteam alienare minime formidavit. Verum cum ad primam electionem, quæ facta de tribus, dicenda
videatur potius nominatio, non niſi quatuor de omnibus, ad quos electio pertinebat, videlicet duo Suffraganei Ec-
cleſie Armacane, & prædictus Abbas Mellifontis, & Archidiaconus Armacanus conveniant; & ex illa tali nomi-
natione nihil juris acquiſitum fuerit nominatis, licite procedi potuit ad electionem regulariter celebrandam, præſer-
tim in Ecclefia Armacana, cum juxta canonicas inſtitutiones, ſi fieri poteſt, in Cathedrali Ecclefia electio debeat
celebrari. Nec talis appellatio interpoſita electionem illam potuit impedire, cum in ea nihil attentatum fuerit in
prejudicium Regie dignitatis, quod non ſimpliciter nominatio, ſed ſolemnis electio debet i Principi præſentari,
ut poſtulat præſertim aſſenſum; eſt ſecus aliquando per uſurpationem aliqui faciunt abuſive. Si autem præfati Mi-
denſis Epifcopus, & Abbas Mellifontis non contempti fuerant, ſed ad electionem vocati, ſi tamen ſine periculo po-
tuerunt convocari, five nequeverint, five noluerint ad electionem celebrandam accedere, ipſorum abſentia electio-
nem non potuit impedire. Quoniam ſi ad locum illum inter Hibernenſes ſecure non poterant proficifci, nec ceteri
ad alium locum inter Anglicos tibi poterant convenire: propter quod tibi credimus ſuper hoc veritatem diligenter
inquirendam, & ſi eos vocatos fuiſſe conſiteri, ſi vocari abſque periculo poterint, & illos noluiſſe, vel non
potuiſſe ad electionem celebrandam venire, propter eorum abſentiam, ſi canonicum aliud non obſtat, electio ipſius
non debet aliquatenus irritari. Quod ſi eos vocatos fuiſſe non conſiteri, ſed contemptos, inſervanda penitus erit
electio taliter celebrata, niſi poſtea propter bonum pacis diligenter admoniti caraverint conſentire. Ceterum cum
antequam tu ad partes Hibernie perveniſſes, illa fuerit electio celebrata, & electus ipſe ſtatim cepit miſtrare,
tu ſatis id poteſt ſub diſſimulatione tranſire; cum id, ſicut noſti, de Metropolitanis Angliæ, & Franciæ, & Aleman-
niæ, & aliarum partium remotorum, qui concorditer ſunt electi, Romana Ecclefia pariat, Eccleſiarum utilitate
penſata; quia ſi tanto tempore, quoſcumque poſſet electus confirmationem cum Pallio a Sede Apoftolica obtinere, re-
galia non reciperet, Ecclefia que inter ſi adminiſtratione careret, non modicum incurret detrimentum. Super eo
autem, quod in ordine conſecrationis ſue, antequam j Miſarum ſolemnia finirentur, k Acolythum ordinavit, pro
tali exceſſu cum corruptis & caſtigis, niſi forte hoc eſſe de antiqua conſuetudine cognoveris Ecclefie Armacane,
de qua ſi tibi conſiteri, quod nunc factum eſt propter ſimplicitatem, & ruditatem gentis illius, poteris miſericor-
diter ſuſtinere: ſed diſtrecte ei ex parte noſtra prohibeas, ne de cetero aliquid ſimile attentetur, cum ſolus Roma-
nus Pontifex, qui ſicut noſti, ante l hymnum Angelicum conſecratur, & poſtmodum ipſe Miſarum ſolemnia in-
cipit, & perficit conſecratus, in die conſecrationis ſue valeat Ordines celebrare. Ceteri vero, qui inter Epifco-
lam, & Evangelium conſecrantur, qui conſecratori conſecrantur principaliter celebranti, ne dividatur myſterium
unitatis, non debent tunc Ordines celebrare. Præterea cum non liceat Archiepiſcopo ſine m Pallio convocare Con-
cilium, conſecrare Chriſtam, dedicare Bafilicam, ordinare Clericos, & Epifcopos conſecrare, multum profeſſo præ-
ſumpſit, qui antequam impetret Pallium Clericos ordinare ſeſinat, cum idem non tamquam ſimplex Epifcopus, ſed
tamquam Archiepiſcopus ſacere videatur. Quod autem tabulam argenteam dicitur vendidiſſe, dummodo Eccleſiam
Armacanam, ſicut promiſiſt, reddidit indemnem, æquantur poteris præterire, cum id de Clerici, vel populi pro-
feſſerit voluntate. Sane ſecundum ea quæ nobis tuis litteris intimaſti, tibi præſcripto modo duximus referendum;
ſed cum de circumſtantibus ejufdem negotii vales habere notiſſiam plenioram, & nos de diſcretionem tua plurimum
confidimus, in iſto negotio, & in aliis tibi ſe credimus auctore Domino proceſſurum, quod tua ſollicitudinis pru-
dentia poterit merito commendari, & tua legato ad honorem, & commodum Sedis Apoftol. multipliciter redun-
dabit.

NOTÆ.

Idem l.) Ita legitur in tertia colleſtione, ſub hoc tit. c. 3.
Iſtæ, Joanni de Ferraribus, qui in partibus Hiberniæ Le-
gatus miſſus fuerat ab Innocentio, cujus legationem referit
Spondanus poſt Baronium 2. l. no. 1206. n. 7.
b S. Stephani.) Titulus hic eſt Presbyteri Cardinalis ad Ba-
ſilicam S. Laurentii, ut refert Coſtellus in notis. Carth. c. 6.
c Armacanus.) Armacanus civitas eſt Archiepiſcopalis Hi-
bernici, cuius Præſul non ſolum Archiepiſcopus, verum et-
iam Primas totius Hiberniæ eſt, cui etiam ſubſtant varii Epif-
copatus, quos referunt ex Scandeno, & aliis Acanna de Pri-
matu Brachon, c. 4. num. 20. Copius l. 2. Sæcra pol. tit. 2.
quæſt. 15. Cujacius in cap. 7. de dolo & conſuet. & nos in eod.
textu.
d Electionem appellat.) Sed non recte: aliud enim eſt no-
minatio, aliud electio: in electione unus ſegregatur; in no-
minatione plures conſtantur; electio præſtat jus electo ad
ipſam Eccleſiam; nominatio nullum tribuit jus nominatis;
alias differentias proſequuntur Petrus Greg. de elec. c. 2. n. 20.
Julius Lavorus varior. lectur. 808. tit. c. 4. licet aliquando in
nominacione uſur electio, l. 2. l. nominacionem 26. Cod. de de-
claracionibus l. 10.
e Ardenſium.) Cap. conſideravimus 9. hoc tit. ubi commenta-
rium hujus textus invenies.
f Midenſis civitas eſt etiam in Hibernia, quæ
habet Eccleſiam Cathedralem ſuffraganeam Archiepiſcopi Ar-
macani; unde ejus Epifcopus debebat intereſſe electioni Ar-
chiepiſcopi, juxta ea quæ adducimus in c. ſi Archiepiſcopus,
de tempore ord.
g Mellifontis.) Monaſterium hoc eſt Ordinis D. Baſilii, in
Midenſi diœceſi, cui forſan ex privilegio, ad conſuetudine
competebat, ut ejus Abbas ſuffragane præſertim in electione
Archiepiſcopi Armacani, ut pleræque olim eveniebat, cap.
cum alioſque, de conſuet. ubi dixi.
h Adminiſtrare.) Unde privandum erat jure quaſito poſt
electionem, juxta tradita in c. noſti, hoc tit.
D. D. Gonzalez in Decretal. Tom. I. Pars I.

Cujus conſenſus frequenter in electionibus Ec-
cleſiaſticis deſideratur, c. cum terra 14. ubi probavi, hoc tit.
& ita olim eveniebat, tam in Gallia, ut conſtat ex epiſto-
lis 54. & 127. Carnonenſis; quam in Anglia ut apparet ex
epiſtolis 297. & 298. Joanni Sarisbarienſis, & refert
Matthæus Paris. ad annum 1215. Tunc autem ejus aſſenſus
deſideratur, non quia electio ad eum ſpectet; nec neceſſe eſt
in præſenti ſupponere Principem patronum Ecclefie fuiſſe,
ut voluit Leo Pinellus in c. 2. de regul. n. 192.
j Miſarum.) Epifcopus dum conſecratur inter Miſarum
ſolemnia, non poteſt aliquem ſacris Ordinibus initiare; ſed
ſi ordines conſecrat, valide conſert, ut docent Marchinus de
ordine, tr. 1. l. 1. c. 2. Diana p. 12. tract. de conſec. Epifcop.
reſol. 44. Unde legitimus, aliquando inter Miſarum ſolemnia
conſecrationis Epifcopalis Ordines fuiſſe collatos. De S. Auo-
no Coloniæ Præſule refertur apud Sarium die 2. Decem-
bris, eadem die quo ordinatus fuit Epifcopus, Miſſæ ſacrifici-
um, & Ordines celebraviſſe. Idem de Joanne Conſtantienſi
Præſule refert Vvaftridus Strabo in vita S. Galli Abbat. l. 1.
c. 34. & Sarius die 16. Octobris, extantque litteræ Baſilii Pa-
triarchæ Bulgarorum ad noſtram Innocentium, in quibus re-
fert eodem die, quo inſaguratus eſt, ſe duos unxiſſe Metro-
politanoſ, & alios Epifcopos. Idemque conſtat ex getis ipſius
Innocentii III. & refert Hallierius, de ſæcra. electionibus
fol. 971.
k Acolythum.) Ideſt Ceroferrarium, cujus officium duplex
eſt: primum deferre cereos accenſos ante Presbyterum, cum
legitur Evangelium; ſecundum miniſtrare vinum, & aquam
in uccolis, c. parcellis 25. §. ad acolythum, 23. diſp. Plura de
acolyti officio, & muneribus Valquez 3. p. in 3. diſp. 236.
n. 30. Vicecomes volum. 3. de ritibus Miſſæ, lib. 1. cap. 25.
Menardus ad D. Gregorium, fol. 271. Petrus Gregorius libro
15. ſynag. cap. 6. Elpenceus l. 1. difpof. c. 8. Mendoza
lib. 2. pro conſuetud. Concilii Illiberit. lib. 2. cap. 6. Zarda in
adverſar. cap. 94. Franciscus Hallierius de ſæcra. electione.
fol. 381.
l Ante hymnum.) Ritus ordinationis Pontificis ex vetuſtiſ-
ſimo codice manuſcripto refert Menard. ad D. Gregorium,
M.
P.

pag. 311. in hac verba: Hactenus secundum consuetudinem; pro-

ria in excessu duo. Unde cum Pontifex non solum consecra-

CAPUT XXIX.

Idem a Dolensi Episcopo, & Sangneo, & de b Ardea Abbatibus.

Auditis, & intellectis meritis causae de duabus electionibus celebratis in Ecclesia e Bajocensi, una de R. Ar-

NOTA.

Dolensi. Ita corrupta hujus textus inscriptio est, ut non facile vera restitui possit: vulgaris autem, quae in sexta collectione habetur, retineri non valet; nam cum causa, quae in hoc textu discipatur, contingeret in Ecclesia Bajocensis Provinciae Rhotomagensis, eius cognitio committi non poterat Archiepiscopo Tolerano, primati nostrae Hispaniae. Legendum ergo est: Episcopo Dolensi, & Sangneo Abbati de Ardea. Dolensis civitas est in ultima fere Britanniae parte, cujus Praeful Comitum titulo honoratur, & per plures annos Archiepiscopi titulo decoratus fuit, usque ad Innocentium anno 1197. Joanni IV. Molichino dicto, Archiepiscopi titulum abtulit, & Turonensi Ecclesiae concessit, a quo tempore Ecclesia Dolensis tantum Episcopalis est, & Turonensis suffraganea: quare dum Innocentius III. in praesenti Joanni IV. rescribit, cum tantum Episcopum appellat. Seriem Praefulum ipsius Ecclesiae referunt Fratres Sarmat. t. 4. Galliae Chr. fol. 565. Chenu in Chron. Gallie.

c Bajocensi. De ea diececi agemus in e. cum in iure 33. hoc tit. Tamquam Caput Capituli; ut probavi in e. 2. de rescriptis. c. Sanioris. Ita enim procedendum erat, c. Curiana, cap. Ecclesia, hoc tit. Quia consensus supervenit singulariter, non collegialiter; & Canonici noviter accedentes cum aliis non faciebant majorem partem Capituli; & processerunt aliis non vocatis, & post appellationem; ex quibus omnibus causis non convalere priorem electionem, docet Moneta de commutat. ultimar. volunt. c. 12. n. 236. g. Novam causam. Unde ad secundam procedi non poterat, ex traditis in e. consideravimus, hoc tit. ex cuius commentario, & ex traditis in e. Ecclesia, hoc tit. praesens petendum est. In receptione enim Episcoporum, & Abbatum, & cum possessionem apprehendunt per inthronizationem, pulsantur campanae, c. in causa, de causa possess. Inde Innocentius noster lib. 1. rescript. epist. 297. ait: ruptos fuisse funes campanarum, ne Praelatus Flaviniensis ad Ecclesiam duceretur, in sedeque collocaretur, ibi: Ne postea ad Ecclesiam ducere, fores Ecclesiae clausae sunt, funibus ruptis campanarum.

CAPUT XXX.

Idem Episcopo, & a Grandiflora, & b Bellipertica Abbatibus.

IN causis, quae ad Apostolicam Sedem. Et infra: Nimirum cum in Ecclesia e Tolosana vacante, duo per dissen-

justi revocationi duo ex ipsis electoribus adhibentes consensum, reliquis tribus non contradicentibus, cum nuntiis Capituli ad ipsum Capitulum sunt reversi; sed alii tres usque ad fores Capituli subsecuti, sub eis postmodum discesserunt. Capitulum vero illorum absentiam admirantes, cum tota die illa ipsorum praesentiam expectantes, subsequenti die campanam pulsari fecerunt, sicut moris est ad Capitulum congregandum: & praedictis tribus cum paucis complicitibus suis se fecerunt absentibus, Prior, Sacrista, & major m Cellerarius Ecclesiae n S. Stephani, quia speciale super hoc Praepositi absentis mandatum habebant, cum majori, & saniori parte convocatis Abbatibus, o Prioribus cum monachis, & aliis viris religiosus, supradictum R. in Episcopum elegerunt: exhibuerunt etiam ejusdem Archidiaconi nuntii litteras praedicti Legati, quas nobis super hoc destinavit. Et infra: Cum autem praedicti auditores praemissa nobis, & fratribus nostris fideliter retulissent, nos memoratum Legatum piam intentionem in hoc facto adhibuisse pro certo credentes, ex ipso tamen tenore litterarum suarum intelleximus, cum circumventum fuisse, & per subreptionem tacita veritate perpendimus elicium, & extortum quicquid ab eo fuit obtentum, cum in ipsis litteris non expresserit formam postulationis de Episcopo Convenarum, quae praecesserat, & facta erat per eos, in quos totum Capitulum eligendi transulerat potestatem, propter quod unanimiter de consensu totius Capituli intelligitur esse factum; quam potestatem, cum res non p esset integra, quia jam in tractatu processerant electores, & tres, duobus dissentientibus, convenerat in unam personam, capitulum minime potuit revocare, praesertim ex illa causa, quia illi quinque erant disceordes, cum in translatione potestatis illius manifeste fuisset expressum, quod si illos quinque contingeret dissidere, electionem trium ratam haberet & firmam. Praeterea liquet eundem Legatum fuisse deceptum, quoniam in commissione sua, praetermisso de electione Episcopi, qui erat a nobis solommodo postulandus, inquisitionem de sola electione Archidiaconi sub forma superius expressa commisit, super quibus nequaquam taliter processissent, si omnia ex ordine, prout in veritate processerunt, sibi enarrata fuisset; unde communicato fratrum nostrorum consilio, electionem ipsius Archidiaconi non ex vicio, vel culpa personae ipsius, sed quia processum ejus minus canonicum esse cognovimus, & ipsum Legatum multipliciter circumventum, decrevimus penitus irritandum. Quocirca discretioni vestrae per Apostolica scripta mandamus, quatenus omni gratia & timore postpositis, circa personam Episcopi Convenarum percurtari studeatis indagante sollicita veritatem, si sit utilis & q necessaria ad regimen Ecclesiae Tolosanae, & idonea, tam scientia litterarum quam sua conversationali exemplo ad haereticorum perfidiam de Tolosana diececi extirpandam, quae ibi ob negligentiam & Praefulum miserabiliter, & damnabiliter hactenus pullulavit; & si vobis ita conspicerit, transendi ad Ecclesiam Tolosanam propter urgentem necessitatem, & eorumdem utilitatem, auctoritate nostra, sublato cujuscumque contradictionis, & appellationis obstaculo, ei licentiam tribuatis; alioquin ipsius postulatione repulsa, Capitulo ejusdem Ecclesiae auctoritate Apostolica injungatis, ut per nos ad hoc eligant in Pastorem.

NOTA.

Grandiflora. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. c. 11. Monasterium hoc est Ordinis Cisterciensis, diecesis Tolosanae, fundatum anno 1144. cujus mentio fit in e. 73. de rescriptis, & de eo plura cumularunt Manrique t. 3. annal. Cisterc. anno 1148. c. 18. n. 20. Fratres Sarmat. t. 4. Gallie, fol. 565. b Bellepertica. Eriam Abbatia hae est Ordinis Cisterciensis, filia Clavallensis, diecesis Montis Albanis, ad ripam Garumnae, sub invocatione B. Mariae fundata anno 1143. ut referunt de e agentes Fratres Sarmat. 14. Gallie Chr. fol. 143. Illustr. Manrique t. 3. annalium Cisterciensium, anno 1143. c. 8. n. 2. c. Tolosana. Morte Fulcandri, & depositione, seu renuntiatione Raymundi tertii, ut dixi supra in e. per inquisitionem, nec tunc enim Ecclesia Tolosana cepit parti divisionem, nec facile ad concordiam reduci poterat, divisus Canonici, ut in nostro textu referunt, usque dum electus fuit Falco, natione Massiliensis, Monachus Cisterciensis; in cujus electione Canonici ad unitatem, haereticis ad fidem, & res Ecclesiae ad praesidium statum redactae fuerunt. De eo agit Manrique d. v. 3. anno 1205. c. 3. d Episcopi Convenarum. Qui antea fuerat Praepositus Ecclesiae Tolosanae, ut dixi in d. c. per inquisitionem. c Albanensem. Gerardum videlicet, quem ex Novariensi Episcopatu in Episcopum Cardinalem Albanensem elegit Innocentius III. anno 14. sui Pontificatus, ut refert Ughellius t. 1. Italiae sacrae, in Ecclesia Albae. n. 8. f Tituli S. Martini. Titulus iste est Presbyteri Cardinalis, ad Basilicam Sancti Petri specians. Coelius in script. Card. n. 38. g Electio Episcopi. Adhuc enim temporibus Innocentii III. Tolosa civitas erat tantum Episcopalis, ut probavi in d. c. per inquisitionem. h Nominationem. Id est electionem, saepe enim confunduntur nominatio, & electio, c. quod licet, hoc tit. i L. Tituli S. Petri. Joanni videlicet, qui simul cum Otaviano Holtiensis Episcopo missus fuit Legatus in partibus Gallie, ad causam matrimonii Philippi Francorum Regis, ut refert Spondanus t. 1. continuat. anno 1101. n. 1. Titulus S. Petri est Presbyteri Cardinalis, ad Basilicam S. Pauli pertinens, de qua Coelius in d. c. 6. j Postulandum. Quia qui sunt communitarii ad eligendum, habent facultatem postulandi, ut defendit Layman. de Prael. elect. c. 8. per totum. k Reservatum. Cap. 1. de translat. Episcopi, c. 3. de officio Legati, ubi latius probavimus.

Companam. Usus apud omnes receptus est, ut Capitulum congregetur pulsatione campanae, ad actus communis, tam judiciales, quam extrajudiciales. Glossa in l. obsecrari, Marana de ordine jud. 6. p. memb. 1. n. 211. Romani ad Comitum tuba vocabantur, ex Sabellico, & aliis probat Julius Lavorus in re. de comit. ad balnea vero pulsatione, tintinnabili. Juvenalis Satyra 6. Tot pariter pulsi, & tintinnabula dicit Pulsi, jam nemo tubas, atque ara saepe. Martialis: Nullo silam, sonat ut thormorum. An ubi consuetudo viget, ut Capitulum congregetur ad sonum campanarum, si alio modo congregetur, acta subsistant, disputat Bobadilla r. 2. polit. c. 7. n. 15. & nos plura de campanarum usu adducimus in e. patentes de privilegiis. m Celerarius. Huius officii mentio extat in e. dilecto, de fratr. c. cum ad monasterium, de statu monach. l. quatuor, ff. de instrum. vel instrum. l. nominatio, ff. de manumissi. sectam. Conc. Aquigran. can. 49. Consistit autem in dispensanda penit. tritico, & vino; unde qui praepositus est dispensationi panis, aut vini, dicitur Cellerarius; quod officium praecipue in monasteriis reperitur D. Benedicti, c. 32. regula, ibi: Cellerarius monasterii elicitur de congregatione. Concil. Francoford. can. 13. Ut Cellerarii in monasteriis non eligantur, sed iure desit sint, quales regula S. Benedicti docet. Praeterea de his cellariis regularibus Vossius de vitis sermonum l. 2. c. 4. Benedictus Eucherius l. 3. disputat. re. 7. disputat. 4. a quibus qui in Ecclesia Cathedralibus praepositus est, ut emendis, sine custodiendis rebus ecclesiasticis, & poculentis, sive ut rationes falvae sint, dicitur Cellerarius. Caesar de Ecclesiast. hierarch. q. 2. praemiss. li. 5. n. 15. n Stephanus. Ecclesia Cathedralis Tolosana dicata est D. Stephano, ut refert Chenu ubi supra. o Abbatibus & prioribus. Quibus competeat temporibus nostri Innocentii electio Episcoporum, c. cum Ecclesia, de causis proprietatis. p Rex non est integra. Quando res integra dicatur, vel non, dicemus, in e. gratiam, & e. relaxatum, de offic. delegati. q Utiles & necessaria. Ita causa, videlicet evidens utilitas, & inevitabilis necessitas, concurrere debent, ut translatio de una Ecclesia fiat ad aliam, c. inter, ubi late dicemus, de translat. Episcopi. r Praefulum. Fulcandri videlicet & Raymundi tertii, ob quorum desiderium haereticus Albigenis in ipsam Ecclesiam, & Comitatum Tolosanum irrepserat, ut diximus in d. c. per inquisitionem, & refert Manrique t. 3. annalium, anno 1205. c. 5. Quae ad hunc textum spectant, adduxi in e. causam 8. hoc tit.

CAPUT XXXIV.

Idem a Florentino Episcopo.

CUM Ecclesia b Vulterana debito Canonico obsequio longo fuisset tempore destituta, venerabilis frater noster Vulturanus Episcopus volens ministrorum defectum in eadem Ecclesia restaurare, Canonicos quosdam elegit, & e instituit in eadem, quos residentes Canonici recipere noluerunt, asserentes quod talis electio fuerat in eorum praedictum attentata. Cumque per hoc suam ad nos idem Episcopus querimoniam destinasset, causam ipsam tibi committimus sine canonico terminandam, &c. Et infra: Nos vero utriusque partis attestacionibus, & rationibus diligenter inspectis, de communi fratrum nostrorum consilio praesentium tibi auctoritate mandamus, quatenus super primo articulo petitionis Episcopi, in quo postulavit a te, ut praenominatos Canonicos ab injuria, D. D. Gonzal. in Decretal. Tom. I. Pars I.

que ei super electione Canonicoꝝ Vulteraꝝ Ecclesie inferatur, prohiberes, ab impetitione ipsius Episcopi sape dictos Canonicoꝝ, appellatione postposita, absolvere non postomas; quia sicut juris regula dicit, non videtur injuriam facere, qui utitur jure suo, cum per testes longe melius sit probatum, quod Canonici supradicti hoc jure usi fuerint, quam Episcopus memoratus. In secundo quoque prescripserit petitionis articulo, quo idem petebat Episcopus, ut dicti Canonici ipsum jure electionis uti libere paterentur, absolvere studeas Canonicoꝝ sape dictos, maxime si sit notorium, quod in Tuscia generalis consuetudo servetur, ut in Cathedralibus Ecclesiis solum Capitulum, irrequito Episcopo, eligendi Canonicoꝝ habeat facultatem.

NOTÆ.

1 Florentia ubi. Florentino.) Florentia Etruriz caput, & Metropolitana, Magnorum Ducum inclita sedes, cujus descriptionem tradit Franciscus Schotus in itinere Italiz, pag. 206, jam ab anno 56. civitas Episcopalis legitur, licet aliquando grassantibus bellis desituta. Pastore fuisse: postea Martinus V. anno 1410. in Archiepiscopalem erexit, adjunxitque, ut suffraganeos Pistoriensem, Fesulanam, Burgensem, Cellensem, ac Summanitensem, ut late ejus Præfatus recensens tradit Ughellius 4. 3. Tralis sacre. Hujus Ecclesie Episcopos plures decretales epistole misit reperitur, ut in c. 5. de officio ordin. c. per tuos 7. de majori. Et obedi. c. ex officio 19. de officio, c. 3. de dilata. c. inter 8. de donation. c. quod Dni 5. de statu monach. Præfens decretalis missa est Joannis, qui ex Veltrenensi Ecclesia, ubi Canonicoꝝ erat, assumptus fuit in Episcopatum Florentinum anno 1205. & vixit usque ad annum 1130. cui ut viro integerrimo varia commisit negotia Innocentius noster, ut constat ex adductis ab Ughellio ubi supra, n. 33.

2 Vultera ubi. Vultera.) Civitas Vultera, alias Vultrensis dicta, est in Regno Neapolitano, in terra Samnitum, supra altissimos montes, qui Tremuli vocantur, sita: habet Ecclesiam Cathedralem suffraganeam Archiepiscopi Beneventani: tradit Cironus in c. 2. de officio Archid. in 5. collect. in qua Ecclesia nostri textus casus contingit.

3 In hoc maxime peccavit contra receptam consuetudinem Ecclesie Vulteraꝝ, cum in ea institutio tantum ad Archidiaconum spectet, c. 2. de officio Archid. ubi in simili specie Episcopo Vulterano in hæc verba rescribitur: Quid ad Archidiaconum spectet officium, in epistola B. Isidori, & Ordinis Romanii statuti, necnon ex constitutionibus aliis invenitur expressum; unde non sine ratione miramur, quod cum dicitur Magister Avito Archidiaconus, occupatus Cancellaria nostra servitibus, in Archidiaconaria suo personaliter ministrare non possit, ac propter hoc nominaverit dilectis filiis Vulterano Capitulo vices suas; in eodem accipiuntur congregate, cum ex officio, presentatio, ac installatio Clericorum, sive de beneficiis, sive dignitatibus hinc agatur, pertinet ad eundem, eodem, ac procuratoribus suis irrogantur; omnino ipse instituit pro suo arbitrio constituit, alio super officio suo gravis eidem & injuriosus existens. Ut igitur quod per se ipsum modo non potest, per alios libere proficiatur, f. p. 4. 1. n. quatuor procuratores ipsius in his, qui iure scripto vel approbata consuetudine ad sui Archidiaconatus officium spectare videntur, benevole studias favore protegi, attentius provisioni, ut eos in præmissis, & aliis ad officium suum spectantibus, non impedias, nec patris, quantum in te fuerit, ab aliis impediti.

COMMENTARIUM.

EX hoc textu talis depromitur conclusio. Si ad Capitulum consuetudine spectat collatio prebendarum, Episcopus eas conferre non potest. Probant textus in c. collatione, de appellat. in 6. c. finali de supplicia neglig. c. postulat, de concess. prob. c. fin. de institutionibus. c. innovati, c. ex noster, de his que sunt a Prælati, c. ex frequantibus, c. cum venisset de institutionibus. c. cum ex infantia, de hereticis, c. quod quibusdam, de fidei iustor. c. 3. de excess. Prælat. c. quia S. verum, de majoribus. Illustrant Duarenus l. 3. de sacris, c. 4. Selva de beneficiis, p. 2. q. 22. casu 4. Garcia eod. tit. p. 5. c. 4. et n. 13. Gonzalez ad regul. de glossa 45. n. 5. Quintanadveanas l. 1. Ecclesiast. c. 5. Lotharius l. 2. de re benef. q. 21. plures congetta a Barb. de Canonico c. 14. quibus addendi sunt I. Darris de benef. c. 6. Michael Rouffellus l. 3. hyst. jurisd. Pontif. c. 4. & l. 2. c. 11. Valens l. 1. de beneficiis, tit. 9. n. 4.

Sed hinc textus decilio difficilis redditur sequenti juris consideratione: Prebendam, & omnium beneficiorum, quæ in aliquibus diocesi constitunt, collatio ad ipsam Episcopum, in cuius Episcopatu reperitur, spectat, & ea conferre valet, c. nullus, c. omnes 16. q. 7. c. de ratum, cum tribus sequentibus, 10. q. 1. c. ex injuncto 10. de hereticis, c. cum olim, de majori. Et dicit, & si Capitulum intendat collationem ad ipsam spectare, simul cum Episcopo admittitur, d. c. cum olim: igitur nunquam ad Capitulum tantum spectat collatio prebendarum. Auger primo hæc dubitandi ratio ex eo, quia in præfata causa ex alio capite, jure videlicet devoluto, collatio prebendarum, quia longo tempore vacaverat, ut ex textu serie constat, ad Episcopum spectat: nam ex dispositione Concilii Laterani, cum per sex menses prebenda collata non est a Capitulo, ad Episcopum tanquam immediatum superiorem jus conferendi devolvitur, c. 2. c. finali ubi dicitur, de supplicia neglig. c. 2. de concess. prob. post alio docet Valens de benef. l. 2. tit. 20. sed in nostro textu prebenda vacaverat per longum tempus, quod diuturnum & decennium significat, l. penult. de præter. stipular. l. 1. ff. de ritu, l. 1. sequens §. 1. ff. de damn. iniustis l. dicitur a ff. de legib. lib. 4. c. de præscrip. longi rem. Cajanus de divorc. rem. præscrip. 2. p. c. 26. Albericus Gentilis de temporum appellat. c. 10. igitur in præfata causa ad Episco-

pum jure devoluto collatio canonice spectabat. Secundo difficilis est noster textus, dum docet, Canonicoꝝ ratione consuetudinis in provinciæ Tusciæ prescripserit posse conferre prebendas in sua Ecclesia, irrequito Episcopo; nam hæc consuetudo juri communi expresse adversatur, ut liquet ex supra dictis; sed consuetudo juri communi contraria, nisi sit legitime prescripta, attendi non debet; c. cum dilectus, de consuet. igitur in nostro textu non sufficerebat probare consuetudinem introducendam esse, nisi simul constaret eam legitime prescriptam esse. Auger ultimo hæc difficultas ex eo, quia consuetudo generalis non protrahitur ad loca particularia, nisi in eis observata fuerit, c. finali, de officio Archidiacon. c. super eo, de consuet. igitur licet in præfata causa consuetudo generalis Tusciæ probaretur; si tamen non constaret in Vultera Ecclesia esse observatam, ejus ratione Canonicoꝝ eam tueri non debebant.

Quibus difficultatibus non obstantibus, vera est præfata Innocentii decisio, pro cuius expositione sciendum est, jure communi inspecto, in Ecclesiis Cathedralibus collationem prebendarum ad Capitulum simul, & Episcopum spectare; pro qua sententia expendantur communiter textus in c. fin. de supplicia neglig. c. ex noster, de his que sunt a Prælati, c. postulat, de concess. prob. c. quia nonnulli, §. verum de majoribus, c. a collatione, de appell. in 6. Sed licet prædicta doctrina vera sit ex ea ratione, quia cum Episcopus & Capitulum unum corpus constituunt, c. novis, de his que sunt a Prælati, & æquum sit ut simul concurrant ad collationem; tamen nullo ex prædictis iuribus probatur: illa enim jura loquuntur secundum consuetudinem, ac juxta speciale Ecclesie, de qua agebatur; & quidem narrative, non dispositivè, ut defendunt Garcia de beneficiis, §. p. 2. 1. Barbola d. c. 14. Quæ eam rationem expendunt, quia præbenda Ecclesie Cathedralis præsumitur dotari ex bonis communibus Ecclesie, & Episcopi; unde five hoc expressè constat, five præsumatur, æquale jus utrique competere debet; ita tamen, ut Capitulum unam vocem habeat, Episcopus vero aliam, id est, ut æquale suffragium habeat Capitulum, five juxta major pars, ac habet Episcopus, c. pastoralis, de rescriptis, ubi Glossa verbo Plures c. scriptum, §. c. si partes, hoc tit. ubi Abbas, c. postulat, §. ad quod breviter, de concess. prob. Glossa in Clement. plures: & de præter. argumento textus in l. liber, homo §. Titius, ff. de hered. instit. l. præter filios, ff. de vulgari, l. si quis filio, ff. de usufructu accretione.

Sed licet hæc ita procedant inspecta juris communis ratione, tamen consuetudine, prescripserit, jure speciali Ecclesie statuto contrarium introduci valet; videlicet ut ad Capitulum tantum, vel contra ad Episcopum solum collatio prebendarum spectet, c. ex frequantibus, de instit. Garcia & Barbola ubi proxime, Selva de benef. d. q. 22. n. 32. Unde si consuetudine introductum sit, ut ad Capitulum tantum spectet collatio prebendarum, Episcopus in ea collatione suffragium non habet, ut in nostro textu docetur; hodie tamen post regulam 8. alias 9. Cancellaria, præbenda, quæ vacant in mensibus ordinariis, videlicet Januarii, Maji, Augusti, Octobri, & Novembri, conferuntur a R. Pontifice absque eo, quod Episcopus, seu Capitulum aliquod jus in prædictis mensibus habeat; vacantes vero in reliquis mensibus debent simul a Capitulo & Episcopo conferri alternative, ut uno conferente alter eligat sequenti vice. Hæc tamen procedunt, nisi Episcopus impetaverit alternativam a R. Pontifice; nam tunc incipiente Pontifice a mense Januarii, Episcopus habet Februarii, & sic de singulis mensibus sequentibus dicendum est: plura de hæc alternative concessit Barbola d. c. 14. n. 13. Ex quibus apparet vera ratio præfatis decisionis, nam cum in præfata causa constaret, ex consuetudine Tusciæ Canonicoꝝ Vulteraꝝ competere collationem prebendarum in sua Ecclesia, nullo modo Episcopus poterat intendere jus conferendi ad ipsam spectare, & sic iuste Innocentius III. illi silentium imponit, cum consuetudo in rebus a jure positivo provenientibus non levis auctoritatis sit, c. finali, de consuetud. l. 2. c. que sit. long. Quare jus conferendi prebendas Capitulo competere potest ratione consuetudinis, ex c. dilectus, de consuet.

Nec prima difficultas supra adducta adversatur, quia procedit cessante consuetudine, aut simili jure speciali; præfens vero decilio locum habet adstante consuetudine, que valet jus positivum abrogare, & jus conferendi prebendas Capitulo tribuere, d. c. cum dilectus. Nec argumentum ipsius difficultatis obstat, nam constitutio Concilii Laterani locum habet in Ecclesiis, ubi certus & determinatus est numerus prebendarum, non vero si certus numerus prescripserit non sit, c. ex parte, de concess. prob. Unde cum in hoc textu, ut recte supponit Glossa, quam omnes sequuntur, non esset certus Canonicoꝝ numerus, nunquam ex jure devoluto poterat collatio prebendarum ad Episcopum pertinere. Nec obstat secunda difficultas, quia supponimus consuetudinem, de qua in hoc textu, esse legitime prescriptam, per statutum a jure tempus cum titulari regula textus in c. de prescrip. prioribus in 6. ut Abbas notavit in præfata, n. 6. Cum autem agatur in hoc textu de jure alteri quæsitio tollendo, po-

Collatio prebendarum ad quem spectet.

Quibus ex consuetudine & jure notis.

Difficultas difficilis.

tus prescripserit, quam consuetudo debet appellari; & cum ad hoc ut inferior acquirat jus conferendi contra ordinarium habentem fundatam intentionem de jure communi, requiritur prescriptio quadragena cum titulo, ex traditis a Garcia d. cap. 4. numer. 91. ita ut Capitulum contra Episcopum hoc jus eligendi acquirat, debet quadragena prescripserit maneri. Nec argumentum hujus difficultatis refutatur, nam potius verum est, consuetudinem generalem unius provincie debere observari in Ecclesiis ipsius, in quibus non est alia specialis consuetudo, quia tunc specialis derogat generali; ea autem cessante attendi debet consuetudo generalis, d. cap. super eo; tradit Barbola in præfatis, circa finem; videndus etiam est Henricus Bohic. in c. innotuit, de his que sunt a Prælati.

quis refutatur, nam potius verum est, consuetudinem generalem unius provincie debere observari in Ecclesiis ipsius, in quibus non est alia specialis consuetudo, quia tunc specialis derogat generali; ea autem cessante attendi debet consuetudo generalis, d. cap. super eo; tradit Barbola in præfatis, circa finem; videndus etiam est Henricus Bohic. in c. innotuit, de his que sunt a Prælati.

CAPUT XXXII.

Idem Abbati S. Victoris, Decano Parisiensi, & Magistro R. de Caizon, Canonico Noviomensi.

CUM dilectus filius H. Archidiaconus b Morinensis, & Magister H. Atrebatensis Canonicoꝝ Morinensis electi procuratores, & B. Morinensis Canonicoꝝ ad Sedem Apostolicam accessissent, procuratores ipsi proponere in nostra presentia curaverunt, quod Ecclesia Morinensi Episcopi solatio destituta, Canonici ejusdem Ecclesie de Pastoris substitutione tractantes, in dilectum filium A. Presbyterum, G. Diaconum, & T. Subdiaconum Canonicoꝝ Morinenses potestatem eligendi Episcopum unanimiter conducerent, juramento interposito promittentes, ut illum reciperent in Pastorem, quem de gremio ipsius Ecclesie ducerent in Episcopum eligendum: qui postmodum examinatus in Episcopum elegerunt, & eadem electione a Capitulo communiter approbata, a Metropolitanano suo pariter petierunt ut electionem confirmaret eandem: qui tam electionem, ac electi personam diligenter examinans, quam etiam super ipsius ætate, de cujus defectu fuerat ab aliquibus dubitatum, inquirens sollicite veritatem, per sententiam declarando electum ipsum minime sustinere in ætate defectum, electionem de ipso factam, utpote canonice celebratam, solemniter confirmavit, qui postea d. regalibus receptis a Rege, ad petitionem ejusdem Capituli a venerabili fratre nostro Atrebatensi Episcopo de mandato Metropolitanæ prædicti fuit in Presbyterum ordinatus, & aliquandiu nullo contradicente, liberam & pacificam tam in spiritualibus, quam in temporalibus administrationem obtinuit in Ecclesia Morinensi: unde procuratores ipsi a nobis humiliter petierunt, ut iis qui post hæc omnia invidiæ stimulis agitati, contra factum proprium temere veniendo, adversus electum ipsum materiam discordiæ suscitare sumunt, silentium imponentes, & memoratam electionem, tam concorditer celebratam, & confirmatam solemniter approbantes, eidem faceremus electo munus & consecrationis impendi; multorum super hoc non solum Abbatum, & Capellanorum civitatis, & diocesis Morinensis, sed etiam aliorum Presbyterorum nobis litteris presentatis, qui super præmissis omnibus testimonium perhibentes, electum ipsum de literatura, discretione, ac honestate reddiderunt apud nos multipliciter commendatum. Quin imo & electorum ipsorum super hoc nobis litteras obtulerunt, quibus erat litterarum illarum de verbo ad verbum, sicut idem asserunt electores, tenor inferens, quæ de potestate ipsius tradita juxta præmissam formam conficta in Capitulo fuerunt, & sigillo Capituli sigillata. Verum supradictus B. qui contra electum venerat memoratum, propositum ex adverso, quod in supradictis tres sub forma, juramento præfatis, fuerit eligendi potestas concessa, ut Capitulum cum recipere teneretur, quem illi tres ab omnibus vel majori & saniori parte de gremio ipsius Ecclesie nominatum elegerent in Pastorem. Electores ipsi terminos potestatis sibi traditis non servantes, prædictum Archidiaconum eligere præsumperunt, quem pauci de Capitulo nominaverunt. Unde Canonici Morinenses postmodum admirantes, qualiter Archidiaconus electus fuerat memoratus, cum plures essent in eadem Ecclesia digniores, super electionis processu invidiam colloquendo, coopererunt fere omnes publicè profiteri, quod nullatenus Archidiaconum nominaverat supradictum: & reputantes se illusos in hac parte, quod super hoc factum fuerat, per eum cui suas litteras testimoniales assignarunt, nostro curaverunt Apostolice canonice provideri; cum omnes fere Canonici Morinenses, sicut asserunt, sint parati præfatis juramento firmare, quod præfatum Archidiaconum nunquam in Episcopum nominarunt, & legitime potest ostendi, quod juxta præmissam formam supradictis tribus collata fuerit auctoritas eligendi, ut videlicet de gremio Ecclesie illius elegerent eum, in quem omnes, vel major & saniori pars Capituli consentiret; asserens idem B. se nihilominus probaturum, quod supradictus electus pariter in ætate defectum. Nos vero his, & aliis, que fuerunt hinc inde proposita coram nobis, diligenter auditis, quod res perniciose esset exemplo, si per subreptionis altitium quis ascenderet ad apicem dignitatis, de consilio fratrum nostrorum ita duximus providendum, ut præfatis a contradicentibus juramento, quod ipsi contra præfatum electum & malitiose non moveant hujusmodi questionem, prædicti tres electores juramenti vinculo astringantur dicere veritatem, quot ex Canonicoꝝ examinationis tempore in præfatum Archidiaconum convenirent; & si tres simul, aut duo saltem ex ipsis jurati dixerint, majorem Canonicoꝝ partem in ipsum Archidiaconum convenisse, vos contradicentibus silentium imponitis, majorem Canonicoꝝ partem in ipsum Archidiaconum convenisse, eo quod singuli essent in suis testimoniis singulares. Si vero per eorum depositiones constiterit, supradictum Archidiaconum existisse a paucioribus nominatum, tunc demum sollicite auditis, que utraque pars profuerit ad probandam formam, secundum quam eligendi potestas præfatis tribus electoribus asseritur fuisse concessa, si fuerit sufficienter ostensum, quod illum de gremio Ecclesie secundum formam sibi datam debeat eligere, in quem omnes, vel major & saniori pars Capituli conveniret, vos electionem ipsius Archidiaconi omnino casset, & faciatis Ecclesia Morinensi per electionem canonicam de persona idonea in b Pontificem provideri: alioquin quod de ipsa factum est ratum habentes, contradicentes ab ejus impetitione per censuras ecclesiasticas appellatione remota compescatis, præsumve B. præbenda Morinensis Ecclesie spoliantes, qui se ad hæc penam, si forsitan in probatione defecerit, obligavit, non obstante quod super ætate defectu objectum est contra illum, cum idem Canonicoꝝ huic objectioni non multum insisterit, & super hoc a Metropolitanano fuerit judicatum; cujus sententia in rem transit judicatum, cum infra l. decendum non fuerit legitima provocazione suspensa.

NOTÆ.

1 Idem.) Ita retinenda est hæc inscriptio ex Ant. Aug. in tertia collectione, sub hoc tit. c. 27. De Abbate S. Victoris egi in c. ex infirmatione, de rescriptis: de Parisiensi Ecclesia in c. fin. eod. tit. De Noviomensi in c. Capitulum, hoc tit. ex quibus illustranda est hæc inscriptio.

2 b Morini.) Morinum, seu Morinensis civitas, est in Belgica Romana, Parva dicta, ut refert Bucherus in Belg. Rom. pag. 609. c. 1. Habet Ecclesiam Cathedralis cujus mentio fit in c. 2. de alienat. iudic. c. ex parte, de appellat. c. 1. de solut. Eius Præfatum catalogum refert Henricus Huntindanensis in annalibus Anglicis.

3 c Conventus.) In tres enim, aut quinque super electione compromitti valet, c. in causis, hoc tit. in unum tamen compromitti non potest, ex c. 4. hoc tit. in 5. collectione, probat Cironus ubi supra, licet aliud observari posse in electione Imperatoris defendat Vicinius de elect. Regis Rom. pag. d. Regalibus rescriptis.) Plerumque enim Reges Regalia Episcopi D. Gonzalez in Decretal. Tom. I. Pars I.

scopis concedunt, juramento fidelitatis ab eis recepto; unde cum Rex regalia obtineret in Ecclesia Morinensi, ut probat Chopinus l. 1. sacra polit. tit. 7. n. 1. ideo Rex potuit concedere Episcopo electo; ex hoc autem textu recte probat Chopinus ubi supra, n. 23. quod licet Rex in Ecclesia sua regalia habeat, non tamen ex eo electionem Prælati ad ipsam spectare.

e Consecrationis.) A prædicto Archiepiscopo, vel tribus Episcopis, juxta ea, que adducimus in c. si Archiepiscopus, de temp. ordin.

f Sigillo Capituli.) Quilibet enim Ecclesia habet suum sigillum, de quo nonnulla dabimus in c. dilectus, de excess. Prælati.

g Malitiose.) Quando in causis spiritualibus præfatur calumniam juramentum, dicimus in c. licet, de juramento calumnie.

h Pontificem.) Id est Episcopum; Episcopi enim plerumque in jure nostro appellantur Pontifices, ut etiam probavi in c. 1. de postulat. Prælati.